In nomine domini dei et saluatoris nostri ihu xpi. Otto diuina annuente clementia imperator augustus. Si ecclesiis dei beneficia nostrae

munificentiae largimur tam pro praesenti statu a nobis regendae rei publice quam futurae mercedis remuneratione. Idcirco omnium fidelium sanctae universalis aecclesiae nostrorumque

praesentium scilicet atque futurorum noverit universitas qualiter nos pro amore dei sanctique iohannis baptistae et pro remedio nostrae animę necnon dilectae coniugis hadelheidae

nostrique amantissimi filii ottonis regis per huius nostri praecepti cartam imperiali auctoritate ad monasterium suppra memorati sancti quod in suburbio magadaburch constructum

nobiliter monachorum claret collegio donavimus decimam ex omni censu mellis quod nostro debetur servitio de provintia sclavorum nizizi nominata in comitatu fidelis

nostri Udonis sita cum subscriptis urbibus. Sysili. Verliazi. Grodisti. Usizi. Broth. Rochitani. Hessuzi. Sipnizi. Torgua. Bretini. Olsnich. Dumoz. Trebatz.

Prietozini. Clotna. Uuazgrini. Zuetna. hac scilicet ratione quatenus ex hoc in reliquum tempus abbas ipsius monasterii quicumque pro tempore fuerit

simulque monachi sub eo regulari conversatione deo servientes hac nostra donatione perpetuo iure fruantur. Atque ut haec nostrae auctoritatis largitio

omni tempore firma stabilisque permaneat inde iussimus hoc praesens praeceptum conscribi nostroque signo auctorari manuque propria subter firmavimus.

Signum domni Ottonis magni et invictissimi  imperatoris augusti.

Liudulfus cancellarius ad vicem Uuilhelmi archicapellani recognovi et subscripsi.



Data II. id. april. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXV. Indictione VIII. Anno imperii magni Ottonis imperatoris augusti IIII. regni sui XXX.

Actum northusun in xpi nomine feliciter amen.

Kaiser Ottos I. Schenkungsurkunde für Kl. Berge v. J. 965.

Urschr. Geh. Staats Archiv. zu Berlin.

Lithographie von ... in ...

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id358202132/589